

Cacitas peccatoris.

ied reputavi pravaricantes (primò pravaricatos, deinde pravaricantes, postremò pravaricatores) alios in errorem inducentes inducì, quin sibi placentes errorem cognoscant, cum eximie amentes plaudant.

Dan. 12. 10.

62 Ex his, proclivis interpretatio testimonij Tautologici Danielis: scilicet, *Impie agent impij, neque intelligent omnes impij.* Confectudo, uti frequenter experimur, est altera natura. Unde Augustin. 8. *Confes.* cap. 5. *Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat: quippe ex voluntate perversa facta est libido; & dum servitur libidini, facta est consuetudo; & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas: consuetudo adversus me pugnator ex me facta erat; quoniam volens, quò nollem, per veneram.* Sic illud.

Vt consuetudinis prave.

August.

Naturam expellas furca, tamen usque recurret, Et male perumpet furtim vestigia vitiorum.

Gregor. Magn.

Peccati peccati.

Peccatum, quod penitentià non deletur, ipso pondere mox ad aliud trahit: iusto enim iudicio Omnipotens Deus cor peccantis obnubilat; ut precedentis peccati merito, in alia cadat. Ita Gregor. Magn. 25. *Moral.* cap. 9. Sape peccatum est effectus peccati, & causa peccati. Unde obcecati peccatores traduntur in reprobum sensum, ut faciant ea, quae non conveniunt: equidem cum impij raro respiciant, maxime si facinus bene celsit (ut vidimus num. 1. de quo queritur *Jeremias cap. 12. 1. & David Psalm. 93. 3.*) labant in meride, & impingunt. *Vulnere vetusto & neglecto callus obducitur: & eò insanabile, quò insensibile sit.* Processu temporis, si assuescas, iudicabis non adeo grave: populo post nec senties: paulò post etiam delectabit. Ita paulatim in cordis duritiam itur, & ex illa in aversionem. Hec Bernard. 1. de *Considerat. ad Eugen.* cap. 2. Sic igitur impij impie agent: siquidem ex consuetudine necessitas, & ex necessitate consuetudinis inolefcit iniquitas.

Bernard.

Quibus dispositionibus cor durefcit?

Apoc. 22. 11.

63 Eodem sensu dicit Angelus Apoc. 22. 11. *Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Mirum, qualem, quantam, & quam latam telam orditur circa huius auctoritatem Caictanus, *Tentac.* 8. quasi, 5. Saltat, sed extra chorum; quippe de ordinatione praecitorum, & praedestinatorum plura comminiscitur, quae ad rem non pertinent: dicit mira de lente; sed in textum, summum avie. Per Hypallagen intellectò praesenti optativo, pro futuro, ut dicemus alibi, & diximus saepe Tomis prioribus, facillima & germana auctoritatis expositio. Q. d. *Qui nocet, noceat adhuc: qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Quod quidem ex alijs Scripturae testimonijs perspicue constat. *Ecclesi. 3. 29. Cor nequam gravabitur in doloribus, & peccator adijciet ad peccandum.* Paulus 2. *Timoth. 3. 13. Mali autem homines (inquit) & seductores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes: equidem dimissi in desideria cordis, obcecati eunt in adinventibus suis.*

Hypallage in Scrip.

Ecclesi.

2. Timot.

Peccator si ne penitentia semper tendit in peiora.

Juvenal.

Quisnam hominum est, quem tu contentum videris uno Flagitio? Dabit in laqueum vestigia noster Perfidus, & nigri patietur carceris uncum, &c.

Ait Juvenalis *Satyr.* 13. vers. 243. Nec ideo relinquit, quippe indoles prava, consuetudo incurva, malignitas experta, inclinatio maligna. Hinc dicitur, ut vidimus num. 36. non impietas hominis, sed impietas impij. Et 1. *Reg. 24. 14. Ab impijs egredietur impietas: etenim mala arbor non potest bonos fructus facere, neque Aethiops pellem, nec Pardus maculas, nec Lupus mores mutat. Mala mentis malus animus, & expressio iniquitatis ex abundantia cordis. Hic est thesaurus impiorum: & malus homo de thesauro cordis sui profert malum. Ita ab impijs egreditur impietas, igitur prodit quasi ex adipe iniquitas. Impij impie agunt & agent: qui in sordibus, sordescunt; nocebunt, qui nocent; quoniam adinstar serpentium & araneorum sine veneno arescunt & moriuntur.*

Ezech. 18. 20.

Mala mentis malus animus.

Basiliscus semper virulentus.

Eurip.

Euripides in Orest. vers. 162. *Iniusus iniusta dixit.* Et in *Heccub.* vers. 595. *Inter homines semper malus, nihil aliud, quam malus.*

Et cancer quibus.

64 Roboratur cogitatio ex *Ecclesi. 1. 15. Perversi difficile corriguntur.* *Hebr. Curvum non potest dirigi.* Et Paulus ad *Hebr. 6. 4. Impossibile renovari ad penitentiam.* de quo late egimus *Tautolog. 1. Didasc. 3. à num. 9. & Aristophan. in Pace, Act. 2. vers. 164.*

Aristoph.

At numquam rectè officies incedere cancrum: Nec facies unquam, ut levis fiat asper echinus.

Vide Plutarchum de *Liber. educ.* Callen. lib. 3. de *Pulsu differ.* item Suid. verb. *Cacos.* Hic igitur ideo uti impij agent impie, quoniam operantur maxime iuxta intellectum;

sed

sed iuxta pra consuetudine inolitum. Hinc additur: *Impie agent impij, nec intelligent: quasi effectus peccati, cacitas, & vomica insensibilitas: perperamque revocabuntur in frugem, non cognoscentes, sed plaudentes errorem.* Ideo *Syr. Peccatores peccabant: igitur non intelligunt illicita non licere.* ut ait Gregor. Magn. 2. *Dialog.* cap. 3. Unde humismodi tenebrae, & erroris sparsio? Promit affabre Seneca, *Epist. 94. Non licet, inquam, ire recta via: trahunt in pravam parentes: trahunt servi: nemo error uni sibi, sed demencia spargit in proximos, accipitque invicem: & ideo in singulis vitia populorum sunt.* Seneca, *quia illa populus dedit. Dum facit quisque peiorem, factus est. Didicit deteriora, deinde docuit: effectaque est ingens illa nequitia, congesto in unum, quod cuique pessimum scitur.* Aurea & vera: utinam falsa!

65 Haec de litera Tautologiarum. Versiones principalis ferè in eundem sensum, ut vidimus. Ne forte elevatis oculis, videas Solem & Lunam, &c. & errore deceptus adores. *Syr. Perf. Complut. & Oeaster: Ne impellaris, ut adorationem exhibeas.* Rabb. *Ionath. Et erretis.* Maluend. *Non procumbere te facies eis, & non servies, nec coles.* Modò in *Didascalias.*

ADINATON EXEGETICUM.

Epilogus ex curs.

1. *Errore deceptus adores.* Cave. Gentilium in fidem designatur conversio, ubi inesset deceptionis ex tanto errore cognitio. Errabant decepti fiderum pulchritudine: patet error ex mentis deceptione, nequaquam ex voluntate: equidem in Magis illuminati iam non errant, quoniam non fidus, sed verum Numen adorant.
2. *Ne astra errore deceptus adores:* igitur error erit, dum signa temporum; & nequaquam deceptio, si mysteriorum: quippe si salus ex Cruce, ac Crucis figura in lumine firmamenti; Crucis exhibenda est adoratio, cuius signum infirmis fulget in caelo.
3. *Ne errore deceptus adores;* quippe furor, ubi in errore non cognoscitur error: igitur impossibilis criminis è mente respicientia, modò adorentur, uti numina, crimina.
4. *Ne errore deceptus adores.* Et si erres, nè decipiaris: etenim si crimen erroris pravitatis, deceptio erroris voluptas; maius periculum quam in errore criminis, in crimine deceptionis: etenim altè crimina sedent, si vitia placent.
5. *Ne errore deceptus erres,* dum fueris Iudex: errat, qui sine legis cognitione iudicat: decipitur in errore; qui vult, & cognita lege, errare: additurque errori deceptio in huiusmodi iudicio; quippe nullum, ubi cui vult, Iudex favet, contra legem quam cognoscit.
6. *Ne errore deceptus adores,* & adoratione erres. Amor proprius erroris atque deceptionis labyrinthus: etenim si error adorare simulachrum; error & deceptio adorare seipsum.

DIDASCALIA PRIMÀ.

In Magis Regibus pretiosa tam munera quam officia.

Christus natus Gentilibus, & agnitus.

SOI Christus ortus, vel in nube carnis, illuminavit sedentes in tenebris, & umbra mortis: equidem quae tot retrò saeculis noctem amplectebatur amicam, vidit uti caeca gentilitas lucem magnam: clarescente flamma potius amoris, quam ignis orientis Iusticiae Solis; ubi etiam illis, & non tantum exortum est lumen rectis. Solem suum oriri fecit Dominus super bonos & malos. Sol hic illuminans omnem hominem pra Sole perfulget Christus; nec est qui se abscondat à calore

eius: etenim illicò ut natus in mundum ecce Magi, duce stellâ, adorare venerunt. Tres Ilij principes Anchises, Aeneas, Afcanius ignorantes viam, viderunt e caelo missam stellam.

—De caelo lapsa per umbras Stella facem duvens, magna cum luce cucurrit.

—Illa summa super labentem culmina recti Cernimus Idæa claram se condere silva, Signantemque vias: tum longo limite fulcus Dat lucem.

Virgil.

Fin.

Fingit Virgilius 2. Aeneid. à vers. 693. Verum quid ex singulari portento? Erroris amplior occasio.

Ibid.

Error Gentilium in adoratione stellarum.

Iam iam nulla mora est, sequor, & quæ ducitis, adsum. Affaturque Deos, & sanctum lumen adorat. Adhuc cum lumine cœcetit: infeliciter erravit: igitur in fidus direxit cultum, prælitum in ministerium; cum fulgor sideris illuminaret mentem, ut cognitionem cuncti, quippe iam illuminati, dirigerent in auctorem.

Deuter. 4. 8.

2 Claret iam in legem Moysis, & demonstrationem fidei Gentilitatis. Cave, dixit ille Israëliticis populo, ne videns Solem, & Lunam, aut atra cœli, errore deceptus adores. Condita huiusmodi luminaria pulcherrima in beneficium hominis; ut cognosceret pulchriorem excellentiam artificis; minime ut in illis adoratio maneret, sed ut par erat, in Condito rem tranf-iret; equidem error summus, quære in dicem in Numinis cognitionem; & indicem adorare sine cognitione Numinis. Error est, dum non cognoscitur: non cognoscitur, si mens non illuminatur: utique per sidera, ut sollicitè adoret auctorem, qui fecit atra; & à quo cunctis luminari bus fulgor: equidem in deceptione detestabilis error; quære per stellas, qui iam illuminati, Deitatem, ac illas adorare, & colere quasi Numen. Stellas Magi priusquam illuminarentur, errantes venerabantur. Tot Numina infecerant animo, quot sidera fixa cœlo. Infatuabantur fulgore; nova stella Conditoris, veri Numinis index, his apparet in oriente: quærun tque Condito rem, pessumdantes stellam, quam venerabantur Numen, in signum missionis idololatricæ; qua decepti implicabantur errore: & iam illuminati in itinere stella duce non errant; quippequàm nec eius lumen, nec fidus, sed sanctum Numen adorant.

Cognita à Magis Deitate, renunciant sideris adorationi.

Matth. 2.2.

3 In articulo inquisitionis Conditoris siderum, relucet inquirentium æstimabile propositum. Christus nascitur, stella oritur, à Magis videtur, & statim qui stellam fecit, inquiritur. Ubi est (dicunt) qui natus est rex Iudæorum? Vidimus stellam eius in Oriente & venimus adorare eum. Perpende Eum: non Eam, ut conflet demonstratio flagrantis amore pectoris, ex intuitu ac animo preferendæ adorationis. Rex nascitur, per stellam adoraturis ostenditur: & regem natum adoraturus dicunt, nequaquam fidus refulgens nativitatæ portentum; in discrimen adorationis amoris, atque inaurata reverentia latentis utilitatis,

Ferd poterit adoratur non persona, sed stella

equidem plerumque in adoratione exhibitæ, regis nequaquam adoratur persona, sed stella. Eum, non Eam. Sufpiciosa prorsus adoratio, ubi sub specie adorationis ingeritur sui dilectio; quippe minime cultus, sed philautia, modò propter stellam adoretur fortuna: Magique uti officio in regem natum, non adorant eam, sed eum; ut ex adorationis intuitu, pateat cordis ex corde adoratio: igitur intendit profectò in adorationem, dum in oriente Solis adorat Solem orientem. Ex ortu Solis oritur commodum: ex Sole oriente venerationis studium: quæritque Gentilitas in Magis non stellam, cum qua Sol Iustitiæ natus, sed Solem, per stellam indicem ortus; quoniam minime fatagit de ortu Solis propter adorationis utilitatem; sed de Sole oriente tantum ob adorationem. Aliqui ex Synagoga adorant ad ortum Solis: Magi verò adorant Solem in ortu; quippe ex adoratione haud quærebant venerationis commodum, sed dilectionis obsequium. Sol Christus erat, cuius fulgor vel in ortu rutilabat: ad ortum Solis adorabat Synagoga sagacitas, Solem orientem Gentilitas; cuius evanuit error, claruit amor, ex quo cognitionis fulgor: equidem hæc dum illa ambiebat utilitatem, intendit adorare Numen ob Numen.

Amor eximius Gentilitatis.

Ezech. 8.16

Freyri

Indi Solem orientem adorabant, occidentem lapidabant.

Durat si ea dilectio, quandiu utilitatis expectatio.

ortum

ortum Solis adorabat, evanidâ utilitate, & cordis simulatione: quandoquidem quem orientem adoravit, occidentem crucifixit. Aptè Plutarch. in Themistoc. dixit: Homines auleis varicoloribus persimiles esse: etenim ut in illis, cum extenduntur, ita & in his formas, figuræque apparere, contractis autem abscondunt easdem. Amicitia & ficta & fallax apparet, etsi figuram adoret: etenim in tanta exterioris obsequij delectabili pompa, obijcitur tantum adorantis figura. Forma ad aspectum tantummodò subiacet oculis, quandiu color micat alicuius vel levis utilitatis: qua abolitâ in quæstus turpi amicitia; tanquam in auleis contractis etiam involvitur forma.

Amicitia ficta.

Plutarch.

Cur similis auleorum figuris?

In hilaritate vultus, cordis absconditur dolus.

Synagoga in Christi insidie adorationis spectat.

Ubi supr. vers. 11.

Iuveac.

Aurum, thus, myrrham, regique, hominibus que Deoque Dona ferunt.

In auro præ se fertur regis maiestas, in thure pueri divinitas, atque in myrrha pueri Dei, regisque nati mortalitas. Dona sanè fidei consona: etsi cogitationi, Numen quærenti, appareant summè contraria. Deus quæritur, Deus ut supremus Dominus adoratur; Deus ab illis immortalis creditur: quo ergo intuitu iam cognoscentes, ac proficentes fidem; quem regem Deum adorant, adorant uti mortalem? Demonstratio opponitur fidei, vel fides muneris: quorsum igitur infanti, quem Deum toto corde credunt; uti mortali inter dona myrrham offerunt? Ut præsentent clariore fide, ex perfidia Synagoga. Hæc quærebat Solem occidentem, dum Gentilitas in Magis quærebat ex ortu Solem, ut cognitione Numinis excuteret umbras, quibus tot sæculis cæcavit inter idolorum tenebras: rutilaque amplius fides Gentilitatis, ubi myrrha inter dona auri statuitur & thuris; quippequam dum mortalem & moliturum per Synagoga cognovit, regem cœlestem & Deum immortalem adoravit. Credebant antequam Deum verum, & vivumque cognoscerent, annexam Numinis immortalitatem: & modò mortalem credunt, quem Deum cognoscerent; ut in primitiis Gentilitatis, ostenderetur quanta ex Gentilitate fides; igitur fides eximia & undique clara, si creditur contra credita. Deus immortalis & invisibilis est iuxta fidem, ut proclamant Doctores Gentium: Qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem: quem nemo vidit unquam, neque eius gloriam. Gentilitas cupiebat videre Numen, ut simul videret cum gloria immortalitatem; & invenit in puero erga genus humanum mirabilem dignationem: igitur cæcipienti non solum illi visibilis, sed etiam dignatus apparere mortalis. In fide humanitatis & divinitatis pueri, stabat præstantia mysterij manifestandi: & simul cum thure offerunt Magi myrrham; ut fidei Gentilitatis proficerentur præstantiam: etenim quem florere in sua divinitate impassibilem, credebant etiam in nostra carne mortalem.

Præclara fides illuminata Gentilitatis.

Unde sancta ma fides?

1. Tim. 6. 16.

7 Modò observa Synagoga odium, & in Magis Gentilitatis obsequium. Non magni pectoris adoratio, dum lætæ spem fortuna: fidei profectò exhibitio, dum urget læva: igitur in Lydio lapide adverstatis probantur momenta amoris. Myrrha indicat per assumptam mortalitatem, So-

T lis

Adoravit
Christi So-
lem vel de-
scendentem.

Augustin.

Luc. 23. 41.

Deus ab il-
la colitur,
dum non vi-
detur.

Marc. 15.
29.

Adoravit,
quem Syna-
goga inter-
fecit.

lis iustitiæ Christi defecionem vel eclipsum: & dum myrtha orienti immortalis ac mortali puero offertur; magis ac magis fides Gentilitatis extollitur: equidem ut duceret amor, ubi Synagoga iratæ gliscibat furor; non tantum adorabat, quem hæc occidentem lapidabat Solem, sed etiam adorabat deficientem. *Christum nondum verba prominentem adorarunt, ubi civis miracula facientem crucifixerunt*: ait August. serm. 2. de Epiphan. Dom. In duobus latronibus, cum Christo cruci affixis, innotuit discrimen Synagoga pertinacis, ac Gentilitatis docilis. Uterque offendit, uterque in viam suam aberrando declinavit; sed alius cæcæ, alius malignæ, pro cæcitate mentis, vel præ cordis cæcitate; ut exitus etiam in cruce probavit, dum uterque miraculis illuminatus Solem iustitiæ cognovit: igitur Synagoga potius elegit desperationem perire, quam Solem occidentem adorare: & Gentilitas illuminata magis ad Solem conversa; quandoquidem Solem ex corde adoravit, etiam in occidente cum deficere videret. Regem tam in oriente fatetur, dum quaritur *natus rex*; quam in occidu, dum dicit, *in regnum tuum*. In oriente per fidem myrtham offert, atque gratiam incarnationis ostendit, adorans mortalem, quem credit Numen. Parvum illi videbatur fidei obsequium, nisi pro Crucis exhiberet studium: igitur si in myrtha mortalitas, atque in thure præsignabatur divinitas; etiam dum vidit Solem uti hominem occidentem, uti Numen in occidu adoravit immortalem. Claruit confessio illustris in Centurione. *Verè hic homo filius Dei erat*: ait: Quem hominem patientem passus, Deum ex passione confessus? Longè Crucis ignominia à divinitatis gloria: longè hic homo moriens in Cruce à Dei immortalitate: unde Dei immortalis fit iudicium, si vidit hominem mortuum? Gentilis est, miscuit cum aromaticis myrtham electam & thus; ut fides rutilaret Gentilitatis ex contrarietate catholice cognitionis: igitur adoravit ex tunc ad Solem conversa, illum quem lapidabat occidentem Synagoga. Amore prosequatur Solem, minime lumen. Si stella videretur à Synagoga, adoraretur stella. Longè ab amore Gentilitatis, huius adorationis species. Prius stellas ut Numen colebat, quippe Numen non cognoverat. Ex luminis defectu mansit in superstitioso cultu: igitur illic ac in errore præcognovit deceptionem, stella duce adoravit Deitatem.

8 Elucet ergo, cur eam videant, non eam, sed cum quem demonstrat, adorant: equidem cum non cognovissent, excusationem habent. Quia nihil stellis pulchrius, procedit in adorationem sacrilegum pectus. Illuminati per stellam fuerunt Magi, & responderunt citòque illuminationi: etenim abrenunciata idololatriæ fideris, in adorationem veræ processerunt Deitatis. Occurrit insigne documentum, quod promissimus Tom. 2. Tautol. 8. D. 6. num. 10. Sufficeret pro commendatione, quòd sæpè à Div. Theresia monitum; quavis nullum, ubi plura, interest imperfectiois periculum: imò lapsus in errores spiritus, quippe animæ cadunt in errorem, quærentes erroribus perfectionis cacumen. Ductorem quarant, & sapiunt; ut deducat atque perducat in Deum: verum desipiunt, videntes stellam: quoniam eam, & æntiquam Deum adorant. Patet ab effectu, non Deum querere, sed se securius larvæ virtutis amare, & conversationem, non conversionem, aut perfectionem ambire: igitur si lumen absconditur, si stella minuitur: plus cruciat animum absentia Ductoris, quam absentia Deitatis, parvipendentem delectabili errore, cæca mente, pungente philantia, lactente apparentia offensam irati, postpositi Numinis; modò stella atque Ductor coram oculis. Amiserunt Magi stellam, cum ingrederentur Ierosolymam. Tristitia affectit Deum inquentium corda, stellæ absentia; sed adhuc in illis inquisitio sollicita: equidem moeror nequiquam ex amissione stellæ propter stellam lucentem, sed propter formidinem, ne sine lamine laborarent in errorem; probata ex inquisitione fide, atque in questum amore: quandoquidem in Deum perseveravit amor, quavis defecerat ductor.

9 Ingreduuntur in civitatem, & non inquirunt stellam; sed regem, cuius stellam in oriente viderant. *Ubi est (inquirunt) qui natus est rex Iudæorum? Vidimus stellam eius, & venimus adorare eum*. Nihil ad illos ubi stella sit, sed ubi adorandus rex: equidem cum Numen solum amandum; Nomen duntaxat querendum: omnia & meditante inquisitione fideris, dum tendebant in adorationem Deitatis; quia verus perfectionis amor, & amoris obsequium, ubi minime affectus reflectuntur in ministrum, Prius erraverant, sed respiciunt: hinc in spiritibus inextricabilis error. Stellæ in firmamento fixæ, ut gloriam Domini prædicarent; & homines divinitatem docerent. Magi adorabant sidera, ac in

Que anima
in perfectio-
nis cacumen
solvit erro-
rem?

Unde spiri-
tus illustris,
ac in amo-
re pravus
affectus?

Math. 2. 2.

Non ductor
spiritus ado-
randus, sed
Deus.

Apocal. 22.
9.

Quavis sit
immacula-
tus & per-
fississimus.

Inhibenda
adoratio, nisi
dilectio.

Verf. 5.

Amor illu-
minata Gen-
tilitatis, fa-
bilissimus.

Luc. 1. 77.

in adoratione intererant sacrilegia: equidem errore devio, amore fatuo fultissimè adorant, quæ adorare Deum docebant.

10 Ducitur Ioannes ab Angelo, ut videat mysteria, & profundissima arcana: ac postquam audisset & vidisset (ait) *cecidisti ut adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat; & dixit mihi: Vide ne feceris: Deum adora*. Videant huiusmodi exemplar, etiam quibus gratia Dei arcanorum celestium emicat iubar: equidem cum ministri tantum requiratur fulgor, ut declinetur in his vijs anfractuosis facilis error; Deus à ministro adorandus signatur, dum ducti amor in ductorem retorquetur: equidem adorandus solus Dominus, & nequaquam minister, quavis Angelus. *Vide ne feceris*: Angelus dicit. Quod videtur obsequium, incautus latet periculum, siquidem Deum haud diligunt propter Deum, cum sese quarant, ubi ministrum adorant: Ioannique intendenti studium adorationis, dicit Angelus: *Ne feceris*; ut amor proscindatur inordinatus, atque in ductem ductorem nocui ac futiles affectus: etenim Dei nequaquam sollicitur gloria, nec inquirunt notitia; dum adoratur stella. Haud in huiusmodi articulo inhibetur dilectio, sed adoratio: equidem cum lumen fit necessarium, ut animæ quærentes inveniant Deum; perperam inveniunt vel lumine Deitatem, ubi in ductem solummodo dirigunt adorationem. In Magis adorantibus prius stellas, patuit inquisitionis error, & inquentium fatuitas: verum Ierosolymis illorum studium animabus expouitur salutare documentum. Amor fidere duce ferebat in inquisitionem Domini, sed lux prope civitatem evanuit absentia stellæ. In civitate non tantum quarunt, sed inquirunt. Doctrina profecto sana. Ubi deficit celestis, à doctoribus fanè expetenda notitia. *Ubi est?* dicunt: respondetur: Non est hic, sed in *Bethlehem*. Audiunt, & transeunt in inquisitionem Domini, quin cum doctoribus manerent in civitate: experimentes quò fixus amor; ubi doctores relinquunt, qui Dominum tantum in inquisitione querunt.

11 Modus patris spiritualis præfiguratur in Baptista, & fraus spiritus errantis in philantia Synagoga. *Ad dandum scientiam salutis plebi eius*, eligitur Ioannes à Deo, tanquam eius præcursor, cui iure debebatur adoratio. Ioannem Synagoga quarit, ac licet respuat, summam dignitatem offert. Cæcæ quarit, imò non quarit Deum in ipsius inquisitione, ubi magis ostendit

præstare sollicitudine: quandoquidem labebatur in turpissimum errorem, ductorem doctorem cupiens adorare quasi Numen. Eligitur ab ipsa in Redemptorem Ioannes, ut indulget erratis & errandis ex vi electionis: non ut crimina arceat, sed ut fovcat: non ut iniquitates arguat, sed ut nutriat: non ut scelera releget, sed inaret; aliàs fastidiosè expuitur, qui conventiã adoratur: igitur spiritus nequam, seipfos amantes, se sequentes & non leges, eligunt confessarios, & studiosè nominant, minime ut dirigantur, sed ut dirigantur. Perpende, quot quæstiones in Præcursorem, quia noluit admittere dignitatem. *Tu quis es? Quid ergo? Elias es tu? Quid dicit de teipso? Quid ergo baptizas?* Ecce conditio sub larva virtutis confessarium eligentium, dum non consentit voluntati illorum: equidem cum illis displiceat procedere iuxta leges, totum studium sunt quæstiones & quæstiones. *Non sum ego Christus*, inquit. Lucem Synagoga delictulæ ostendit, ut à modo inquisitionis respiceret, & quæretur Deum, ut quæreret, ac eius legem adamussim observaret, quin propter amorem in ductorem, relinqueret, quem dicebat querere Numen: etenim munus, ac dignitas patris spiritualis, animarum ductoris, solummodo ad dandum illis scientiam salutis: alterque latet error & dolus, si à quo notitia salutis, iudicatur uti salus. Vide quæ diximus Tom. 1. Tautol. 6. D. 7. à num. 5. Modò pro obsequio Magorum, ut consistet in illis acceptio divina ex populis Gentium.

12 Protrita idololatriã, in Deum cognitum reflectitur reverentia: igitur convertit iam illuminata in Christum, cultum stellis impensum, docta modò non stellas querere, sed harum lumine siderum Conditorum adorare. Observemus felicitatem nostram, dum in illis videmus nostræ vocationis gratiam. Ierosolymam æstuate præ amore corde ingreduunt, dicuntque: *Ubi est, qui natus est rex Iudæorum?* Plura occurrunt argumenta, & observatio digna. Si per fidem ortum iam illis insita notitia divinitatis, ubi dicturi erant, qui natus est rex celestis? Illi Gentiles: utilitas, dum sibi expedit ortus regis: quare igitur, dum quæsturi, quem suum concupiebant regem, ostentum duntaxat eis per sideris lumen; non inquirunt de rege Gentium cunctarum, sed solummodo de rege Iudæorum. *Nos* (inquit Augustinus in Epiphan. serm. 4.) *populi Gentium, illi primitivæ Gentium*. Quid ergo? Argumentum ur-

Electio con-
fessarii quæ-
do suscipia-
se?

Ioan. 1. à
verf. 10.

Qui in vi-
tia involvitur,
illic ab electore
repuatur.

Ubi cap?

Augustin.

get amplius. Ergo querant Gentium regem : cur ergo inquirunt Iudaeorum Imperatorem ? Ut constaret praemium fidei Gentilitatis, illicò respondens beneficio vocationis. Ex regis Iudaeorum ortu & Gentilitatis fide, cognitio Deitatis manifestanda orbi ; quippe vocationi grata, toti orbi Deitatem sanè communicatura : quariturque tantummodo Iudaeorum caecorum regem, dum erga illum amorem dicit & fidem ; quoniam per fidem Magorum Gentilitas demonstratur regem Gentium, quem duntaxat invenerat tanquam regem Iudaeorum. Non in vacuum gratiam accipit, ex quo regem Iudaeorum cognovit & adoravit. Iam Gentium populi, ubi in pueri conspectu Gentium primitia: quandoquidem ut facta Gentilitatis vocatio, per illam cognita Deitas & in universo mundo. Mundus satagebat, quia idolorum tenebris involutus, notitia vera Deitatis ; quod fieri nequibat, ni Deus superne illuminaret Gentes, quæ ingressura Sanctuarium, si regis Iudaeorum praecognoscerent ortum : cum natus esset in Bethlehem Iudæ, per stellam signum fit, adorantibus primitiis, & simul totius orbis ex Gentilitate populis : qui quidem expectabant ortum regis Iudaeorum, ut intraret adoratum tota plenitudo Gentium.

13 Quomodo factum huiusmodi sacramentum, Deo bono, latè dicemus Tom. 6. Tautolog. 3. Didasc. 1. ad illud 3. Reg. 10. 10. Gemmas pretiosas, quas à regina Saba accepit Salomon Rex. His ergo respondetur ad dubium primum praefatum ; ubi Magi non caelestem vocant, sed duntaxat regem Iudaeorum. Regis caelestis futura palam auctoritas, ubi simul in illo humanitas & divinitas : cui fidei studium, manifestationis debebatur officium : nascebatur cunctis, promissis tantum Iudæis ; qui in illum non crederent, et si Gentibus adorandum demonstrarunt. Gentilitas obsequij anxia, cupiebat respondere gratiosè illuminationi, qua Deum cognovit & hominem, cum adoraret infantem : & solummodo inter Iudæos querit regem Iudaeorum, ut ex tunc dignata fuisset praedicationis officium : igitur semel accipiendo fidem, ad illam spectabat praedicare caelestem per totum orbem. Rex Iudaeorum erat, quem Iudaeorum Synagoga non cognoverat : Gentilitas venerata cognovit, ut orbi manifestaret, ac obsequijs amoris, ob collationem tantæ felicitatis, intimè vinceret, & traheret, tractumque tenet : quandoquidem praedica-

Fidei Gentilitatis Christi sum fecit regem orbis.

Per totum orbem sparsit fidem.

vit caelestem regem infantem, ex Virgine & aeterno Patre natum ; quem duntaxat inquiserat tanquam regem Iudaeorum. Honorant muneribus, venerantur officiis : ait Augustinus ubi supr. serm. 1. Plane : etenim per illos, qui in Iudæa natus, non solum notus in Iudæa Deus, quum manifestus solummodo Gentilitati, munere eius & officiis toti manifestus orbi, non utcuque rex natus, sed homo Deus.

14 Occurrit lubitò, cur in nativitate caelestis regis, decretum Caesaris, & non pridem, ut describeretur universus orbis? Nativitas huiusmodi ad Iudæos spectabat, quippe illis & ex illis Deus Redemptorem promiserat. Totum orbem praecipuebat idolorum cultura, quibus si Synagoga prona, Gentilitas in caecitatem projecta : quo igitur intuitu orbis notatur descriptio, ubi Iudaeorum ex regis ortu debebat esse signatio ? Quia vocatio futura cunctarum Gentium, ex quo natus in orbem rex Iudaeorum. Nativitas Iudaeorum regis, signum erat vocationis Gentilitatis : & in Christi nativitate describitur universus, idolis & simulachris involutus ; quoniam ex ortu Iustitiae Solis, Gentilitas habitura cognitionem Deitatis. Fructus nativitatis Christi futurus descriptio Gentium, & pessundatio idolorum. Fructus optimus debebatur nascenti, quem minime latura hæreditas Synagoga : indicaturque Gentibus lumine splendido fideris, ut describeretur universus orbis : quandoquidem Deitatis in orbe rutilatura notitia ; si nativitate regis semel fit illuminata. Hinc solummodo dicunt : Ubi est, qui natus est Rex Iudaeorum, futurus Gentium? Gentium? Utique, non Synagoga; quia convertio totius orbis, ex conversione tantum Gentilitatis. Ubi rex Iudaeorum luce fideris non illis natus sed nobis? Igitur si pridem Deitatem non colebat ; quia non noverat ; cognitio Deitatis patet modò, dum orbis patet conversio. Tres accedunt, nomen dant Christo, & ex illis, exit edictum à Deo, ut describatur universus orbis : igitur Gentilitas in illis per totum orbem, Regis orientis spatiosa fidem. Videant & confundantur zelantes ex Synagoga, ubi per Gentilitatem mundus potitur Deitatis notitia, factò illius obsequijs rege Gentium, qui natus rex Iudaeorum. Videant & confundantur, non habentes regem, *Tamque novum terra stupescant luescere Solem.*

August.

Luc. 2. 1.

Vocatio Gentium, dum natus rex Iudaeorum.

Conversio totius orbis ex conversione tantum Gentilitatis.

Virgil.

DIDASCALIA II.

Cruce humani gloria generis, atque planus Redemptoris.

1 Splendor Firmamenti iam erudit, quod genus serpens in paradiso decept : igitur si è caelo libertas, ac ex redemptione totius generis optata felicitas ; fixæ in firmamento stellæ, pro hominum felicitate, ut in caelum elevatis seribus oculis, viderent signum nascendæ libertatis. *Iuxta polum Antarcticum esse stellas lucidissimas, formam Crucis referentes :* ait Christophorus Clavius in cap. 1. Spher. Ioann. de Sacro-Bosco. Ibi Gentes, quibus serò Evangelium praedicatum, ut exirent huius luce ex captivitate daemonum ; quin novum illis signum salutiferæ crucis, in redemptionem mancipati humani generis : igitur oculis elevatis in caelum, lucidissimis altris videbant signum. *Ne forte elevatis oculis ad caelum, videas astra, & errore deceptus adores :* indicitur à Moysè filijs Israël. Non ea propter fe adoranda ; sed erant signa : Opera manuum eius annuntiabat firmamentum, quæ faciendi in lytrum hominum ; ut haberent eleutherium, agni immaculati sanguine, in stipite crucis ab hostibus occidendi : monente Moysè, ne adorentur astra, quousque in illis cognoscatur crucis forma ; quippe tunc deceptio erroris, quod post Redemptoris mortem figura sanè salutis : igitur si salus à cruce, ac crucis figura in lumine firmamenti ; iure crucis salutiferæ praescribitur fulgoribus adoratio, cuius signum ab initio collocabatur in caelo.

Clav. In Firmamento lucidissima Crux.

Deuter. 4. 29.

Psal. 18. 2.

Gloria Christi ex cruce.

Psal. 18. 2.

Leo Pap.

Quæ in corpore passibili vulnera, in impassibili sidera.

pora gloriosa caeli novi sunt, quia caelum ex terra fit ab eo, qui fecit caelum & terram, & facit caelum novum & terram novam. Vulnera in corpore passibili producunt flores ex pretiositate fecundissimi sanguinis : in corpore glorioso profundit astra, quibus ostenditur gloria : retinuitque Christus vulnerum vestigia, quæ intulit crux ; ut caeli enarrarent gloriam Dei : etenim crux, quæ in terra elata sanguine vulnerum, in caelo formanda constellatione stellarum. Modò intelliges Antonij Paduani acumen. *Erunt signa in Sole : id est, quinque vulnera Christi :* inquit serm. 1. in Advent. Domin. Vulnera sanctorum in cruce accepta : & in Sole collocantur huiusmodi sacra signa ; ut pateret gloria Redemptoris ex virtute passæ crucis : siquidem in caelo fulgebant astra, quæ in cruce acceperat vulnera.

Paduan.

Ioann. 16. 16.

V. 10.

Tota Christi gloria à crucis ignominia.

3 Perpendamus verba Christi, passioni proximi. Alloquitur discipulos, quos videt mæstos crucis memoria, ac Synagoga perfidia : exprimens extrema gaudij, ut magis trepidi confirmarentur in inde. *Modicum (ait) & iam non videbitis me :* iterum modicum & videbitis me ; quia vado ad Patrem. Nihil mirum, si novum eloquium nobis, quando novitate etiam percussit audientes. Ergo dixerunt ad invicem : *Quid est hoc quod dicit nobis : Modicum & non videbitis me ; & iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad Patrem ? Nescimus quid loquitur.* Haud facile intellectus, pulsante intelligentiam gemino dubio. Sermo prolatus de imminente passione, ac crucis acerbitate : quo igitur modo intelligendum ascendere tunc ad Patrem, si tunc intendit in crucem? Deinde. Dixerat prius : *Ad Patrem vado, & iam non videbitis me,* quod cognoverunt ; cur igitur quia dixit *Modicum,* non intelligere dicunt? Ita dubitat Augustin. in Ioan. Tract. 101. Utrique utique faciam satis pro gloria Crucis.

4 Passio sanè Salvatoris discipulis exponitur : crux & ignominiosa audientibus denunciatur ; sed etiam passionis & crucis praemium, ne caderent animo praeristitia corda percussa discipulorum. Ascensus ad Patrem, gloriam Christi designabat ; quæ in cruce, aëclis eius ignorantibus, latebat : notatque ascensum ad Patrem, dum vadit gaudens in crucem ; quippequam illi à crucis dedecorosa ignominia, tota maiestatis astimabilis gloria. Nesciebant discipuli, quid Christus loqueretur, dum ascensum in caelum & in lignum simul

2 Ex huiusmodi constellatione symbolum illustre efformari quit, cum lemante : *Cæli enarrant gloriam Dei :* quandoquidem Christi gloria Salvatoris ex passione diræ ignominiosa crucis ; cum quæ in cruce facta vulnera, in caelo rutilent astra. *Clavorum & lancea erant servata vestigia :* inquit Leo Pap. serm. 1. de Ascension. Quorsum ergo in corpore glorioso vestigia vulnerum? Ut corpus rutilaret sicut caelum, fideribus pulchrum : igitur si ex claritate gloriosa felicitas, ac ex vulneribus claritas, manent in corpore vulnera, ut eius consuet gloria ; quippequam in caelo corporis miracula claritate, vestigia vulnerum fulgebant tanquam stellæ. Cor-

simul ab illo signatur : & ubi crux collocata, ibi præfigitur gloria; quoniam idem pendere in stipite crucis, atque gloriose tolli in sedem maiestatis. Illis ignota crucis virtus, utpotè summum hominibus dedecus: ostendere volebat hominibus tanquam gloriam, quod illi averfabantur uti febilem infamiam: connectitque meditanter horrorem conceptum crucis, & ascensum gloriosum in sedem Patris; igitur visuri corpus gloriosum in throno, quod pependerit in ligno. Gloriam, ut sequerentur, quæ iret, discipulis per compendium indicavit; quia longum iter in cælum, per crucem breve atque modicum: sedemque signat crucis pro dextera Patris, dum iter carpit passionis; igitur nactus patienter in cruce, quam gloriam adepturus in ascensione.

5 Ulterius: *Non videbitis & videbitis*. Non videbitis gloriam, capientes fugam: videbitis in cruce (igitur noti eius erant à longè) *quia vado ad Patrem*. Longè utique à plausu ascensionis in cælum, diram crucis tormentum & supplicium. Ita discipuli cogitabant, sed quid diceret nesciebant; quoniam quæ astruebat Dominus negabant sensus, uti opposita glorificationis dona, & corporis profundissima vulnera: dicitque *non videbitis & videbitis*, dum signat gloriam in stipite crucis, cuius virtutem mirificam ignorabant; ut viderent per crucem, quæ necdum viderant: etenim pendeat à cruce, ubi de gloria ignorantes informat; quia gloria à cruce pendeat. Gloria Christi erat in regno: nec ambigit animus, quod regnaverit à ligno. Regnum eius visuri, qui in illo mortui: hoc in cælo futurum cogitabant; sed visuri, quæ non viderant: quandoquidem antequam functi fato, viderunt filium hominis in regno suo. Hoc regnum discipulis ignotum, cupit esse manifestum. Hinc dicit duobus affectis, latera sedis superioris petentibus: *Nescitis*. Ignorabant calicis potentiam, & crucis gloriam: suamque crucem ostendit, ac in gloriam etiam urget; ut viderent in ligno, quæ cogitabant in throno. Sicut hi nesciebant quid peterent, Christus in cenaculo docet cunctos, ne nescirent. Ita dicit: *Non videbitis* (Caletan. *Non videtis*.) & *videbitis*.

Quare crux dicitur gloria?

Crux Christi thronus & regnum.

Matth. 20. 32.

Caletan. Crucis gloria ante Christi non manifesta.

runt vulnera in ligno. Unde Aufonius *Edyl. 4.*

— *Mites peterent per acerba profectus, Carpturi dulcem fructum radicis amaræ.* Aufon.

6 Iam igitur contempelemur ly *Modicum*, ut per breve, ac cruciaminum brevia legamus fructum. *Quid est hoc, quod dicit Modicum, & quia vado ad Patrem? Nescimus*. Non percillitur animus, quia ad Patrem ascensus; sed quia huiusmodi ascensum designat per tempus modicum. Quomodo modicum tempus in Christi Redemptoris exaltationem? Quia restabat modicum tempus, ad crucem: pro eodemque usurpatur ascensio & passio; quippe quàm in crucis passione ascensio: diciturque modicum temporis, quicquid passum in stipite crucis, igitur cui gloria placet fulgor, per crucem brevior. Per illam ad Patrem vadit, & iter nescientes docet; ut videant quæ non viderunt in terris, mirabiliter effecta virtute crucis: quandoquidem æternum pondus gloriæ operatur in Empyrium, leve per crucem tribulationis momentum. *In ire ad Patrem inducitur mori & resurgere*: inquit ubi nuper Caletanus.

Iter in cælam felicitatem brevius per crucem.

Caletan.

Dixitum profectò gloria resurgentis, & cruciamina mortis: & quæ ex resurrectione gloria, cruci concessa; quoniam per crucem atque passionem obtinuit, quantam gloriam discipulis in resurrectione ostendit.

7 In difficilem locum Marci accepimus lucem, dum in cruce intuenur gloriam splendorem. *Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute*. Alloquitur ita discipulos Dominus, priusquam mortis eius ac amoris ostenderet excessus. Plerique PP. intelligunt eloquium de gloriosa transfiguratione Christi, Caletanus singulariter ac signatè de Christi resurrectione, quam vocat Maiestatis & gloriæ plenitudinem, tanquam corporis assumpti immortalitatem. In qualibet harum acceptione, cognoscitur virtus salutaris ligni. Si resurrectio, quia gloriosa, præsignatur in notitia; etiam gloria innoscit Redemptoris, ex ligno & in ligno crucis: igitur nō in cruce eius fulgeret glorificatio, in resurrectione gloriæ eius non micaret plenitudo: gloriæque plenitudinem Christi in resurrectione notat; igitur gloriam ex cruce & in cruce iam acceperat. Non minus illustratur, si de transfiguratione data notitia intelligitur. Ibi dicebatur crucis & amoris excessus, quem in Ierusalem erat morte completurus: &

Marc. 8. 32.

Glorificatio hominis vite crucis.

cum

cum gloria etiam maneret ex cruce; crux nominatur in corporis suspendendi prævia glorificatione: quandoquidem nequit esse crucis levis recolectio, quin disposita pridem glorificatio.

8 Verum dices: quomodo immortalis gloria, si in corpore suspensio videntur vulnera, quæ quidem uti passiones nocivæ repugnant glorioso corpori; & Christus dire patiebatur in cruce? Dicit, qui invitatur ad penam, ut discipuli assequantur, quam necdum viderant gloriam. *Regnum Dei* (Alapid. *Gloriam Dei*) *veniens in virtute*. Aliud est virtus gloriose immortalitatis; & aliud gloriosa immortalitas virtutis. Discipulis videbatur loqui de gloria, dum loquebatur Christus tantum de pena: crucemque verbis designat, ubi resurrectionem mens discipulorum cogitat; quoniam quicquid gloriæ visum in resurrectione, crux habebat in virtute. In virtute gloriæ gloria latuit, quoniam erat in virtute. In gloria virtutis gloria splenduit, quippe è virtute manavit: meditanterque signat gloriæ virtutem, quam in cruce subiturus, acerbissimam passionem; igitur splendoris mirabilis claruit in resurrectione, quicquid latuerat in cruce. Utrumque vilari post tempus modicum, dum Christi appareret regnum, quod nesciebant & venire in virtute, & venire in splendore: in virtute immortalitatis, & etiam immortalitate virtutis; in corporis pena, ac in corporis gloria: & non signat gloriam virtutis, quam ex resurrectione cognoverant; sed virtutem gloriæ ex cruce, quam ignorabant; quippe quæ splendor micans in corpore mirabiliter glorioso, totus, quantum affulsit, ritè emanavit à ligno. Effectus formalis formæ est ipsa forma communicata, quæ virtus effectus in operatione visa: exponunturque simul resurrectio, & Christi passio, tanquam in causa & effectu; etenim resurrectionis mirifica gloria, à cruce formata tanquam à causa. Patet: gloria resurrectionis dicitur plenitudo gloriæ: crucis verò, gloria tantum in virtute: & ubi corporis vulneribus faucij ostendit resurrectionem, demonstrat simul immortalitatis plenitudinem; quippe plenitudo gloriæ resurrectionis, manavit in corpus ex virtute gloriæ crucis.

Alapid.

Quodnam dixerint inter gloriam crucis & gloriam resurrectionis

Ioan. 15. 11

9 Propositi declaravit, quandoquidem, proposito sibi gaudio, crucem sustinuit. Gaudium ex gloria est: & ubi discipuli dicunt: *Nescimus quid loquitur*, sic alloquitur: *Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur*. Quodnam, dum vadit in crucem, speciale Christi gaudium, ut signatè dicat *meum*? Ex cruce tristitia, quippe non gaudium, sed dolor ex pena: quomodo igitur ex dolore non tantum gaudium, sed plenum? Per huiusmodi gaudium intelligitur gloria, quæ micat ex tormentis tanquam ex causa. Nesciebant homines virtutem crucis in immortalitatem perpetuæ felicitatis: & cum ex gloria minime sperata, singularè oriatur gaudium; ex cruce ortum, & dicit *gaudium & meum*: equidem omnino hominibus singulare; quod gloria insignis proveniret à cruce. Crucem homines refugiant, & gloriam ambiunt. Nesciunt viam, quærentes ex corde gloriam, igitur nullius entitas gloriæ sine virtute, quæ pendet à morte. In cruce est gaudium, verum non plenum: ex immortalitate oritur solummodo plenum gaudium: & ut gaudium discipulorum impleatur, crucis lignum studiosè præmittitur: quippe tanquam à virtute ex crucis gaudio, ad gloriæ immortalitatem pendet gaudij plenitudo. Gloriam contentundum homines per iucunditatem temporalium: non sic erit gaudium vestrum: etenim si gaudere vultis plene, gloriam tantum in cruce; quoniam ex illa gaudium speciale in mundo, atque plenitudo in cælo.

10 *Hæc est vita æterna* (in quâ gloria) *ut cognoscant te & quem misisti Iesum Christum*: dixit Assertor N. Patri cælesti. *Te*, ut cognoscant Deum & Patrem: *Iesum Christum*, Deum & hominem: si quidem pariter sicut Deo passibilis vera humanitas, ita homini immortalis inerat vera divinitas. Totum cognovit Petrus præconizans: *Tu es Christus Filius Dei vivi*. Moritur in Cruce, clamatque Centurio: *Verè Filius Dei erat iste*. Quinimò simul committiones, ut canit Iuvenus lib. 4. *Evangel. Histor. vers. 714.* *Militibus primis quatiantur corda pavore, Dedita qui seve servabant corpora penæ; Et sobolem dixere Dei, Christumque fatentur.*

Omnino mirabile, quod gloria à cruce est.

Ibid. cap. 17. 3.

Matth. 16. & c. 27. 54.

Iuven.

Innuirque ibidem Evangelista: *Centurio, & qui cum eo erant custodientes Iesum*. Grave occurrit argumentum. Tam Petrus, quam Gentiles, quippe Deus immortalis, fatentur immortalitatem, atque credunt Deum & hominem. Gloriam cognoscit Petrus, dum Dei veri ac vivi ab illo dicitur filius. Gloria eius agnoscitur à Gentilitate, ubi ab illa ita pianditur *Iste*. Sed *Iste* perpende. Petrus gloriam Christi agnoscit in carne, Gentiles tantum in mor-

te.

te. Mors averfabatur gloriam, caro nequaquam: quo igitur conceptu fateretur Gentilitas immortalam, si videt mortuum per crucem? Quia in cruce moriebatur, gloria morientis agnoscitur. Petrus cognoscit gloriam Filij Dei per Patrem: sed Gentilitas per crucem, in qua virtus latitans gloriæ micabat: Filiumque Dei, mortuum in Cruce designat; quoniam didicit per virtutem crucis, quicquid protulerat Petrus ex revelatione Patris. *Iste* ait, qui moritur in stipite, & immortalis vivit. Non iste, qui miracula pattavit? Utique: sed maius miraculum, in gloria crucis apparere gloriosum. Si ex virtute crucis non procederet radix immortalis gloriæ, minime Filius Dei, pendens in cruce diceretur *Iste*: *Iste*que dicitur, ubi immortalis felicitas designatur; etenim in isto clarebat Crucis virtute, quicquid habebat a Patre. Per mortem Filium Patris clarificavit claritate, quam habuit, *priusquam mundus esset*. Filius Dei ex tunc erat, quem mundus etiam per miracula non noverat: & ubi claritas Filij Dei desideratur, aptè proponitur crux; quoniam per virtutem crucis cognoscendus Filius Dei.

Ioan. 17. 5.

Cap. 12. 32.

Et exaltatur.

Vest. 34.

11 Prædixerat in efficacem congregationem fidelium, dicens: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum*. De morte crucis loquitur, quæ meditanter exaltatio nominatur; igitur ubi ceteri pridem passionis cruciamentum, ille inventurus nominis exaltationem. Ergo, quam alloquebatur, respondit turba: *Nos audivimus ex lege, quia Christus manet in æternum*: id est, quod sit immortalis: *quomodo tu dicis, Opportet exaltari filium hominis?* Nimirum mori, & in cruce. Quemnam oportet? Hominem? Utique: igitur per crucem habebit exaltationem, de quo infra à num. 13. Etiam filium hominis oportet. Quomodo oportet, quod ipsa natura refugit? Si immortalitatis expositio in Christo sollicitatur, per mortem non aluitur, sed aboletur: igitur mortis confirmat theatrum, quod non maneat in æternum. Haud per crucem exaltatur, sed deprimitur: quandoquidem vitam perdere per crucem, negat immortalitatem: quo sanè iure immortalis ut Filius Dei cognoscetur, qui mortem patitur? In crucis morte, qua gloria delitescit in virtute, ut magis exaltetur, ubi per contraria exponitur: igitur si crux indicat mortem, & mors negat immortalitatem; patet Filij Dei, atque crucis exaltatio, quod immortalis

clareret, dum moreretur in ligno. Inficitur immortalitatem mortalitas, exaltationem stipitis infelicitas: & illum mors per crucem oportet; ut crucis virtutem, mundus, qui ignoraverat, videret: equidem amplior gloria in honore mirabilis exaltationis, quod per crucem atque mortem videretur immortalis.

12 *Quis est iste filius hominis?* dicunt; tibi gloriam specularunt per opprobrium. *Quis est iste?* Admiratio est, & iure: equidem mirabile excedens hominum mentem, ostendere immortalitatem per ipsam mortem. *Quis est iste filius hominis?* Filius Dei, qui non agnoscitur *Iste*; quippe dum filium hominis patientem demonstrat crux, virtute crucis etiam cognoscendus Filius Dei. Magna cognitio Deitatis, quæ latebat in corpore filij hominis. Notitia clara servabatur crucis, in qua non tantum erat mortalis, sed mortuus: ceterum inde exaltatus; quippequam cognoscebatur, gaudere immortalitate, iste mortalis qui patiebatur in cruce. Miracula ostendebant aliquid è celo lapsum, verum non creditum. *Cum tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum*: & quem vident in cruce filium hominis, æterni continentur Filium Patris; quoniam magis per crucem eius ostendenda gloria, quam per miracula: equidem per miracula eius manifestata potentia, verum per crucem naturæ; ut clareret in mundo, quod norum celo: igitur in crucis ligno vel inter tenebras cognitus, & Pater celestis, & quem miser, Iesus-Christus.

Ibid.

Vest. 37.

In illa qui filius hominis, agnoscitur filius Patris.

Hug. Lin.

Quæ poma Adam?

Paludan.

13 Nota gloria Christi; at patet ex cruce quanta generis humani. Ficus suisque arborem in qua peccavit Adam, placuit multis, ex fructus atque foliorum signis: hincque vocant ficum Indicam, de qua *Tautolog.* 6. num. 14. Aliud signum in ficibus Indicis, quas vocant *Poma Paradysi* (quem fructum multi persuasum habent eum ipsum esse, propter quem gustatum primævus noster parens Adamus iustitiæ originali exutus sit: ait Ioan. Hugo Linschotanus in 4. p. *Indiæ Oriental.* cap. 11.) innuit Carolus Clusius *Commentar.* in Garciam ab Horto de *Reb. Indiæ.* & etiam refert Bernhardus Paludanus in loc. cit. *Cur ergo Poma Paradysi appellentur, id meo iudicio, tum propter odoris, saporisque suavitatem, tum ob summam coloris amarilitatem fit. Sapor siquidem ex dulci accedit modicè. Olor rosarum est. Color ex viridi iucundè flavescens: sed hæc appellatio illius causa esse potest, quod si poma tran-*

Per mortem crucis cognoscitur in immortalis.

transversim incidatur, semper venas aliquas in cruce modum positas ostendant: super quibus qui in Syria Christiani, varias cogitationes, speculationesque texunt, easque adveniunt cum singulari devotione & pietate commostrant. Idem refert Caltillo in Devot. Peregr. lib. 2. c. 4. sed quod alij ficum, appellat platanum. Crucis signum inhæret fructui, quo peccavit Adamus, & deditum in servitutem dæmonis humanum genus. Quorsum in arbore crux? Ut haberet signum libertatis cum toto genere Adam: etenim liberandus signo crucis ligno sacro, qui victus fuerat in ligno.

Effigiatam crucem habent.

Genes. 3. 7.

Alcim. Avic.

Libertas hominis in signo crucis.

Et gloria, & vita.

14 Cecidit ergo ab originali gratia, & hostis ab utroque parente tulit spolia: cumque cognovissent se esse nados, consueverunt sibi perizonata. Ex ficu vestem confecerunt; ac ex eadem arbore, qua peccaverunt, auramavit Alcimus Avitus, lib. 3. vers. 11. *Umbrifos propter stabat ficulnea ramis, Frontentes diffusa comas: quas protinus Adam, Humentem capiens raso de cortice librum, Assuit, & viridis solatur veste ruborem. Quosque aluit misero fallax insania poma, Vestivit folio.* Congruum erat ab instrumento abhorre, & malum acceptum per lignum fugere. An difficilis declinatio ab errore devio, semel intra viscera induta? An quia serò poenitet, cui crimen placuit? An quia dimissum amplectitur crimen, qui post illud corde fovet occasionem? Minime intendit iterare delictum, sed à vindice iustitia querere effugium, & excutere servitutem generis, contractam imprudenter per escam arboris. In illa signum crucis impressum, quod futuræ libertatis nobile signum: ad arboremque accessit, in qua peccavit; quippequam fauste adepturus per crucem, quam in ipso ficus ligno amiserat libertatem. Summâ felicitate donata humana natura, condita in ampliore gloria; essu ficus corruiet misera: & minime recedit ab arbore, in qua peccatum; quia ibi prosperaret remissionis signum. Signum erat figura crucis, altè incisâ in fructu decerpæ arboris: & ibi prudenter remanet, ubi miserè deliquit; quoniam eius restauranda gloria, quando crucis appareret in ligno latens figura. Dolore & intimo percitus, quarebat quomodo dolorem levaret ietus; igitur in mortem faucibus: taustèque post vulnus accedit in lignum in quo peccavit; quippe in quo acceperat mortem, inveniebat divinitus medicamen. In se rever-

sus, qui extra se in transgressionem ausus, criminis poenitet; maximè dum felicitas amissa memoriam urget. Premit & præsens malum, & præteritum bonum. Ubi oculi levantur? In celum? Imò in quo peccaverat, lignum, ut haberet gratiæ vestem, qui iam voluptate levi cognoverat nuditatem: igitur si naturæ ignominia per poma est; ex folijs arboris conscicnda perizonata: quandoquidem per lignum nactus captus & captivus homo, totam felicitatem quam amiserat in ligno.

Venanti

Redemptio

15 Ita iacet, & ita dolet: sed unde gaudet? Ex divina ingenta clementia, quæ hominem saucium non demisit in culpa: equidem fraus in inimicum extruitur, ut per quod hominem vasrè vicerat, vinceretur. *Ipse lignum tunc notavit, Damna ligni ut solveret.* Canit Ecclesia ex Venantio Fortunato. Quo igitur caractere lignum signavit, ut vincula humani generis solveret? Signo crucis, quo fructus ligni signatus, atque redemptionis fructus: igitur iactæ gravabat arboris vetitæ crimen, præcognovit in cruce redemptionem: ibique accedit, folia in vestem confuit, amplectitur folia pendula, utpotè ibi libertatis nota: igitur iam difficilè intuebatur signum iactæ libertatis, dum per lignum gaudebat & signo crucis. Deus qui pius, decreverat morte Unigeniti, à dæmonis tyrannide hominem lapsum redimere, restituere in priscam felicitatem, & simul destruere inimicum & ultorem. Eodem instrumento nanciscenda victoria, quo totius generis in Adamo patuit ruina: signatque in ligno, qui avertert hominis crucem; quippe per crucem redempturus hominem. Plura ligna erant, quibus paradysus amœnus; sed secernendum in opus, quo naturæ humana lapsus: & hoc signat crucis nota, ut cognosceretur inter ligna, quo fugeret tanquam in asylum homo, & heret arte divina redemptio: etenim ut homo totum, quod amiserat haberet, typo salutari crucis fructum arboris signavit. Felix utique signum: igitur dum crux apparuit, natura humana curva sese virtute crucis crexit.

16 Duo signa facta à Christo exponit Lucas, quibus crucis mirabilium clarescit veritas. Sine fructu erat ficulnea damnata, & mulier quædam à dæmone curva: quam Dominus manuum impositione sanavit, sicut ficulneam succidendam in terra dimisit, ut fructum copiosè ferret. *Hoc signa*

Luc. 13. 6. Significat ficulnea infructuosa, quod mulier inclinata (iust Greg. Magn. Homil. 31. in Evangel. & hoc ficulnea reservata, quod mulier erecta.) Natura humana in utroque statu lapsus & elevationis signata in typo mulieris: unde addit idem Doctor: In culpam propria sponte lapsa neque fructum servat operationis, neque statum rectitudinis: ad peccatum quippe ex voluntate corruens, quia fructum obedientie ferre noluit, statum rectitudinis amisit. Ficulnea, ut vidimus, signabat crucem, in natura curvæ redemptionem: simulque exponuntur ficulnea fructuosa & mulier, quæ natura humana erecta: ut clareret gloria hominis per virtutem ligni crucis: igitur idem, fructum ferre lignum salutare, ac hominem erigi in amillam rectitudinem. Pridem quia ficulnea infructifera, erat natura inclinata: signaturque ficulnea stigmatate crucis; ut homo signum haberet antiquæ felicitatis: siquidem erigendus in statum feliciter, cum signum crucis à fructu haberet virtutem. Dudum ficulnea signabatur hominis ignominia, quippe infructuosa; & gemebat humana conditio sine spe erectionis semper incurva, videns quantum inobedientie peccatum, cum nequiret lumen elevare in cælum: amor Dei propendebat in hominem, eò magis quò videbat pravis inclinationibus infelicem: & arborem, à qua natura humana curvitate traxit infelix, signavit meditante & signo crucis; quoniam ficulnea gaudente aliquando fructu, in antiquam rectitudinem erigendus erat homo.

Genef. 2.9. Aliud est signum crucis, & aliud virtus crucis, quod signatur ficulnea, in qua peccavit Adamus, dicta lignum scientie boni & mali. Mali, quippe à ligno traxit curvitate: boni, quoniam per lignum curvus adeptus est erectionem. Mali, dum in arbore serpens: boni, ubi serpens sub arbore: diciturque iure lignum mali & boni; quippe recepturi homines fructu mirabile bonum, in eodem ipso signo, à quo contraxerant malum. Malum fuit, & bonum est. Malum cum signo crucis, quippe signum mortis & dedecoris: bonum, cum virtute crucis, quia cum fructu redemptionis: diciturque lignum boni & lignum mali, pro conditione nature: siquidem virtute, hominis fulgebat gloria, quæ sine virtute tantum erat ignominia. Virtutem lignum è membris Redemptoris accepit: ideo pridem ficulnea infructuosa, & curva femina mansit: igitur natura humana habere non poterat erectionem,

Et erectio in pristinum statum.

Quæ olim ignominia, homini gloria.

quousque crux acciperet à Redemptore virtutem: unde virtute crucis sese in statum erexit, simulatque ficulnea redemptionis fructum tulit. Ficus enim non florebit in salutem hominis, quousque accipiat à sanguine agni vivacitatem virtutis: habebat homo ficulneam, verum etiam videbat conditionem incurvatam: etenim cum virtute habenda in generis erectionem, propter Redemptoris sanguinem; homo gemebat in misera curvitate, quippe stabat ficulnea sine virtute.

18 Patet symbolum in sycomorom Zachari, atque in verbis quæ dixit illi Iesus, Sycomorom, ait Alapid. hic, signabat crucem, in qua Christus operaturus erat redemptionem. Hinc Picinellus in Mund. Symbol. lib. 9. cap. 13. n. 165. in sycomorom fructum, Sub cortice mella scripsit; quippe Christus cruce ita tormenta beavit, ut quod videbatur pridem amaritudo, etiam patientibus videretur dulcedo. Ascendit ergo Zachaus, qui pusillus, in sycomorom, crucis signum, ut videret vel in transitu, quod cupiebat, Christum Dominum. Christum videre, gloria est: medium ad videndum crux: equidem iter planum in gloriam, atque æternam cupitatem felicitatem, dum ascenditur per crucem. Hæc iter ad astra in hacce miserabili vita: siquidem qui crucem sustinet, ut Dominum videat; sustinetur à cruce, ut usque in cælum ascendat, quippe corporis lapsus, animæ in gloriam ascensus. Via illud usque hominibus incognita, quia sine semita, vel cupientibus in cælum scandere, & Dominum in maiestate videre: Zachausque illic ut in sycomorom ascendit, Dominum vidit; quoniam ut homo videat Dominum, ascensus firmâ scalâ per crucis lignum. In sycomorom scandit, cupiens videre Iesum, Quis esset. Unde quis Dominus notum, per meditatum in sycomorom ascensum? Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Sycomorom crucem signabat: mundum illum non cognoverat: & se exponit revelandum per crucis signum; quippe quàm cum ex pœna, amoris rutillet gloria, in nullo alio quibus mundus eius cognoscere amorem, quàm per ascensum in crucem. Ille filius Dei erat, quod cæcitas Iudæorum ignorabat: diciturque cognituros quis esset, cum illum in crucem malignitas exaltaret; igitur per passionem, mortem & diram crucem, cum gloria illinc ascensus ad Patrem.

19 Ergo in Zachaum. In sycomorom accen-

Alapid.

Picinell.

Luc. 19. 4.

Per crucem ad cælum per marem ascensum.

Verf. 3.

Ioan. 8. 28.

Amor Salvatoris exprimitur morte crucis.

Verf. 5.

In quo obediens sumus?

Marc. 15. 32.

Preliu crucis à contraclia Salvatoris.

Innotio eius & exaltatio quousque innotuit.

ascendit, & Iesus simulac vidit, descendere iussit. Descendit, quia bodie in domo tua oportet me manere. Tunc ille festinans descendit, & suscepit illum gaudens. Tunc magis exaltatus, ubi apparuit iam elevati descensus: igitur magis elevatur anima per obedientiam, & humilitatem, quàm per propriam in cælum exaltationem, quin erret anima virtutis specie, & veneno philantia, quia urget in amplexum amor crucis: igitur crux dimittenda & admittenda tantum superioris. Haud dimittenda, quia dicunt Pharisei & latrones: Descendat de cruce; sed duntaxat per virtutem obedientie: etenim Zachaus Iesum videre & suscipere meruit; quia dereliquit lignum, ut ille iussit. Verum inquires, quare si ascendens in sycomorom, cupiebat videre Christum, & crucem sycomorom, illum sustinens signabat; illic ut Christus vidit, urget elevatum, ut descendat? Quia Zachari querebat gloriam, & nequaquam ignominiam. Obiecit illi ut opprobrium, quem arbitrabatur ascensum: ut fatuus videret, quod cupiebat, descensum citum à sycomorom imperat. Necdum tetigerat, licet signaverat arborem, quæ quidem futura in crucem: & ut Salvatorem videat, iubet quòd citò descendat; quoniam si in sycomorom, ut illum videret, præcogitaverat commodam exaltationem, crucis habebat lignum virtutis futuri speciem, sed non virtutem. Clariùs promam. Ascendit, ut Christum aspiceret: descendit à sycomorom, & Salvatorem suscepit. Sycomorom ficus fatua est: per illam tunc aptè signabatur crux: & ut Salvator videatur, Zachaus sycomorom derelinquere iubetur; quippe si in cruce felicitatis maiestas, omnino sanè fatuitas, quòd virtutem ad Dominum videndum haberet, quousque Dominum susciperet.

20 De ficulnea, in qua primum hominis peccatum, crucis fabricatum lignum, vidimus Tom. 2. Tautolog. 5. Didasc. 9. n. 5. Desolium sub terram à Salomone, quippe crux futura Christi, est priusquam leiret, anniversaria sollemnitate coleret; refert Pineæ de Rebus Salomon. lib. 5. cap. 14. §. 9. n. 51. Hæc redolent Rabbinea signamenta. Vera, quæ docet Ecclesia Romana, celebrans in generis redempti mulierum, tam crucis inventionem, quam exaltationem: igitur latebat & solatium, & refugium & remedium, quândi latuit desolium nobile lignum; quod oportuit exaltari, ut clareret gloria Salvatoris & hominis in pretioso ligno crucis. Iam enim ha-

bebat è contactu virtutem, atque sanguinis agni pretiositatem: illiusque ritè celebramus exaltationem; quia in exaltatione crucis, humani signatur erectio generis. Plauditur etiam inventio, quippe à malis liberamur pretioso nobili ligno, in quo salus nostra lucet, etiam vita & resurrectio: equidem quid non faciet ex virtute lignum sacrum, si salus, & vita obtinetur per signum?

21 Modò scietur, cur ab Ecclesia dicitur: Salva nos Christe Salvator per virtutem crucis; qui salvasti Petrum in mari. Quare igitur Petri periculum in mari recolitur, ubi per crucem patrociniū implorat? Ut clarescat patrociniū. Petrus super aquas ambulavit: videns ventum validum timuit, & cum cepisset mergi, continuò Iesus extendens manum apprehendit. Cur illicò manus extensa, & gratia prompta? Incipiebat enim mergi, & incipiebat natari. Qui natat, signum crucis efformat: igitur ita corpus coaptatur, quasi ut crucifigeretur: & illicò Salvator extendit in eius salutem manum; quippequam auxilium promptum ad crucis signum. Modica fidei arguit Petrum incipientem mergi, quasi de vita desperantem & salute: igitur perire nequibat, quândi natabat; quoniam natatu crucis efformabat signum, quòd salutis ac vite æstimabile depositum. Extendit manus, sicut extendit natans ad natandum: dicitur de Christo, ut autumat Vatablus, ubi pro Manuum collisione, legit: Perforationibus manuum. Politio Christi in ligno crucis, erat ad modum natantis, ut feret etiam cathedra magistri docentis. Mundus mare magnum est, & horridum procellis, ac tempestatibus; & æstans crebris multiplicibus fluctibus. Qui non natat, submergitur: qui natat, eripitur: & qui evadere conatur periculum, debet extendere manus, sicut natans ad natandum; quippe nullum opus efficacius pro sospitate discriminis imminenti, quàm fornicare signum crucis. Natans ad natandum ait: ad quid ergo in mari magno? Aliquid innuit, dignum consideratione. Extendit manum natans ad natandum solum, ut liberet vitam: ad formandum crucis signum, ut liberet animam: equidem signum crucis pretiosè ad cuncta pericula corporis & animæ. Ubi maius periculum preparatur maior virtus: & ubi in pelago mundi extenditur manus; salus non propter natatum, sed propter signum: equidem per signum crucis conservantur immunes vita & salus humani quassati gene-

Matth. 14. 31.

Ibid.

Signo crucis evadunt pericula.

II. 25. 11.

Et liberatur ab hostibus anima.

neris. Diximus ergo ex Ennodio v. 490. At mihi crux cuspis, crux scutum, cruxque corona: Hac tegar, hac seriam, hac pacis fœdera firmem.

Ennod.

DIDASCALIA III.

Cadens peccator surgere non cupit, ut surgat, sed ut iterum cadat.

1 Cæca mens hominum, malique neficia, quandoquidem in errorem inducitur sæva malicia. Minime è labyrintho erroris egredi cupientes volunt, sed per viarum flexus & reflexus rationem revocantem magis amittunt: igitur nonnunquam in viam dirigunt cordis intuitum, & non in criminis terminum: claudicantes in semitis suis, quippequam semper in semitis.

Peccati non est terminus.

Virgil.

Deut. 4. 19.

Irrevocabilia, crimina culsa.

Quisnam error maior error?

Convertere vias, in festaque tela tulere, Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus Adversis spatij, alternosque orbibus orbis Impediunt.

Ut ait Virgilius 5. Aeneid. à vers. 582. Ne errore deceptus adores: inquit Moyles de cavenda idololatria, quæ quidem cautio prorsus necessaria, ut arceantur ab animo vulnera. Est error & deceptio in transgressione legum, ac commissione criminum. Deceptio indicat iniuriam mentis: error persistentiam voluntatis. Deceptio criminis ignorantiam: error legis ac præceptorum noticiam. Moyseque dicit, etsi decipiaris, nequaquam erres; equidem haud facilis criminis respicientia, ubi cognita lege, cordis praveat malitia; quippe evanescit pro aversione erroris decepta ratio, modo error abominandus admittitur ex proposito. Lex oculos ut immaculata illuminat; crimen excæcat: & ubi in iniquitate interfuit deceptio mentis: exulet, ne sit furor, malitia erroris: igitur mentis motus atque læsa patet furor, ubi in errore non cognoscitur error. Effectus huiusmodi cæcitatæ exponitur perspicue in tenore legis. Respice, si deceptus laboris in transgressionem: verum errore deceptus nec colas errorem, neque infelix adores iniquitatem: siquidem impossibilis mentis respicientia, ubi adorantur quasi numina, crimina.

2 In malicia exeuntiam Christum comprehendere, clarebit cæcitas mentis atque potentia peccati. Exierunt ergo, &

illo audito ceciderunt in terram. En effectus culpæ propulsantis, ac speculum cæcitatæ emota mentis: equidem adux proruit in delictum, quin furenter adoriens præcognosceret lapsura. Ex causa mirabilium constructa causa, ut Salvatoris tolleretur vita: aquæ currunt in præceps vel in plano, invidia & ingratitude: equidem si peccatore ingrato nil magis criminandum, quam beneficium; ab invidio abdicatur propria ruina, modo fulgentis evanescat gloria. Ceciderunt in terram. An in formam criminis, vel in expressionem divinæ pietatis? In utrunque; igitur in terram cohortem proicit, ut per lapsum iniquitatem cognosceret, ac in mentem è dolore lapsus surgeret; ne in æternum sic federet, si iterum caderet: quandoquidem malum periculosus non est ruina, sed relapsus. Per penam enim criminis, etiam ostendit lapsus cruciamen operationis: peccatum cogitarunt, ac in terram propter votum ceciderunt. Objicitur quanta exhibitione pena, dum sic multatur cogitationis audacia: igitur cogitare quanta ex morte cruciamina quibant; cum ita propter peccati duntaxat cogitationem iacebant.

Ioan. 18. 6.

Comites invidia & ingratitude.

Relapsus in crimen præcipitum est.

Christus vel offensus, fœvit.

Vers. 12.

Peccator sine mente.

Nec miraculis convertitur.

3 Ceciderunt in terram. Verum Christus ut amorem exprimeret, surgere à terra præcepit. Factum ut iussit, quin moveret illorum animum impium, quod vel offensus illis conferret manum: quandoquidem amor æstuat, ubi inimico favet, ne male iaceat. Ceciderunt in terram. Miraculum sanè consideratione dignum; dum plebs, cui parcere, atque misereri proprium: igitur in miraculo, nullum, quod ita turba iaceret; sed summum miraculum, quod sic ille vel peccatores puniret. Ceciderunt in terram, surrexerunt: sed quid illi? Comprehenderunt Iesum, & ligaverunt. Ecce furor iniquitatis, & protervitas obcecatis mentis cordis: etenim ita irruunt in meditata crimine, ita errantes adorant iniquitatem; ut audeant in potentiorem, quin desisterent in eum inferre sacrilegam manum, à quo cognoverant posse detruendi in infernum. Potestatem cognoverunt in terram cadentes, nec respuerunt miraculum insigne considerantes: ut cluceat quanta ex peccato obstinatio, in peccatore propter crimina furioso: quippequam nulla animum pulsavit respicientia, quanvis viderent miracula. Si Christus vellet ostendere iustitiam & non clementiam, sic steterent in supplicium ac in aliorum exemplum, Non solum pepercit, sed à terra le-

Imò abutitur.

Sap. 12. 24.

Potius eligere errare, quam respicere.

Matth. 8. 6.

Infirmis magis ab animo, quàm à morbo.

levavit, ut surgerent in mentem, & abominarentur errorem; ceterum haud respuerunt ab iniquitate concepta: imò illum crevit audacia, siquidem crimen commisit, quoniam à terra levavit.

4 Receptum erigendi virtutem in ipsum benefactorem. O pectoris durities! O ingratitude cordis! Igitur accipiunt creationis gratiam, sed in fautoris offensam. In erroris via diutius erraverunt. Error scelus, sed error amplior errare diutius. Peccare error est, sed non errat in errore vel errando, cuius animum pulsatur devij erroris penitudo; igitur vel penam surgit, vel erroris cognitione ab iniquitate quiescit: & qui diutius in errore ambulat, non solum errant; sed error diutius errant; tum quia adoriuntur iniquitatem, in errore cognoscunt errorem: tum quia malunt errorem cognitum prosequi, quam erroris respicere. Perpende: In via erroris. Peccatum error est, sed aliquando penam, in patrationem erroris non datur via; quippe deficient peccatoribus vires, æquantes malitiam cogitationis. Unde delictum inter nolle peccare, atque peccare non posse. Primum claret virtutis speciositas, secundum voluntatis perversitas; quia deficit in illicita potestas, sed non voluntas: & non tantum error, sed via erroris designatur, dum cordis obcecatio in iniquis transgressoribus ostenditur: equidem abdicunt sensum cruciamina illata penæ, modo inveniunt viam in patrationem peccati. Patet in corruentibus coram Salvatore, ad cuius comprehensionem à summis Sacerdotibus & Principibus, qui misi. Ceciderunt, erigi cupiebant, non ut à peccato surgerent; verum ut iterum caderent. Ut invenire possent viam in iniquitatem, corde soventes errorem: & cum iacerent immobiles, & prosternerentur sic, surgentes comprehenderunt ac ligaverunt letum: quippe lapsi cupiebant duntaxat erigi, ut scelus possent latenter usque prosequi.

5 Considerandum utique quotidie cum peccatoribus fieri, semel factum in Assertoris passione. Delinquit homo, at propter delictum in lectulo iacet, & male torquetur. Male, quippe haud cecidit, quoniam cecidit, sed quia deliquit. Torquentur, qui infirmitate laborant: male torquentur, qui peccant: dicunturque agrè valetudine corporis, toriones & male toriones; quippe vis infirmitatis à dira violentia criminis. Minime essent tot corpori symptomata, ni tot inessent animæ crimina: equidem homo in lectulo magis la-

borat ab animo, quam à morbo. Pietas divina, ut homines ad se trahat, salubres errantibus cogitationes inspirat; sed casta cuncta, quoniam nolunt intelligere, ut bene agant. Unde qui passu mentionem nolunt agere bene, in lectulo acuitate dolorem torquentur male. Clamant, ut divino auxilio surgant. Audiuntur: verum quid? Iterum cadunt: igitur non surgere cupiebant, ut à crimine surgerent, sed ut scelera perpetrare valerent. Aegritudo data propter mentis sanitatem, ut vexatione agræ reciperent mentem. Infirmitatis lapsum propter iniquitatem cognoscunt: at surgentes respiscunt? Ipsum remedium gratiæ (inquit Gregor. Homil. 11. in Ezechiele.) vertunt in augmentum culpe: igitur si Deus porrigit favens manum, ut è lectulo erigantur; iam valentes obliviosi in ampliora, quibus lapsi, scelera, prosternuntur. Cognoscitur unde vox doloris, atque clamor penitudinis; igitur non à dolore iniquitatis, sed ab iniquitate doloris; quandoquidem à Domino clemente, ut surgant, petunt valetudinis auxilium, ac surgentes integrè valetudine, iniquis ostendunt Dominum. Prostrati in lectulo clamant, siquidem torti laborant. Surgentes non surgunt? Imò, semel atque iterum cadunt: igitur cum suspiria non orientur à vera penitudinem, sed à premente aegritudinis cruciamine; duntaxat conantur infirmitatis expertes, sequi ac prosequi ignominiarum passiones.

Greg. Mag.

Surgere curat, ut iterum cadat.

6 Propter peccata paralyticis in lectulo decubuit, quem Christus post triginta & octo annos à molestia liberavit, quem meditanter de origine aegritudinis monuit, dicens: Ecce sanus factus es: iam amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Sane deterius: & cum iacerent immobilis, & prosterentur sic, surgentes comprehenderunt ac ligaverunt letum: quippe lapsi cupiebant duntaxat erigi, ut scelus possent latenter usque prosequi.

Ioan. 5. 14.

Unde relapsus periculum?